Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

metuentes, ne Regi subderentur, sacerdotem, qui
hoc de ipso parte testificabatur, ad ipsum al-
tare sacrificantem interfecerunt. Origenes
quoque tract. 19 in Matth. et Epiphanius
Vit. Prophet. c. 23: Hunc Herodes interfecit
inter altare et domum Domini, adeo ut in ve-
stibulo templi ejus funderetur cruor. -- Idem
de Domini nativitate vaticinatus est. Ergo illu
in domo Domini prope templum est sepultus.
Quo ex tempore multa in templo portenta ac
visa contigerunt. Neque enim amplius sa-
cerdotes poterant aut apparentes Angelos cer-
nere, aut ex adyto responsa populo dare,
neque per Ephod interrogare, aeque per urim
respondere, ut antea consueverant ad hodier-
num usque diem. Valentinianus Imp.
in epistola ad Episcopos Asiae apud Theodo-
retum Hist. l. 4, c. 7. † Ne in ea, qua testamen-
ti Christi sunt, damna incurratis, id quod
in Zacharia sanguine eveniebat: nam fune-
sti illi, perinde ac pestifer daemon, qui caedis
illius socius erat, mortis sepulcris traditi; ad-
veniente calitus Aga nostro Jesu Christo, dis-
cepti perierunt. | De fuga Elisabetha cu
Joanne suo, agit etiam Nicephorus Hist. l. 1,
c. 14: filius autem Zacharia Joannes -- una
cum matre Elisabeth in spelunca quadam ad
regionem montanam salvus conservabatur,
forsitan Herodis sanguinariam effigiem ma-
num: atque inde in solitarios locis libenter ver-
sari solitus, Angelique duce usus, etc. Eadem
Cedrenus in compend. hist. qui addit, Elisabetha
post dies quadraginta in eadem spelunca diem
obiisse, Joannis vero curam ab Angelo esse sus-
ceptam.

† Et Apostolorum sepulchrorum tabulas tollere
eaque testamenti ejus sunt, sicut in
Zacharia sanguinem, propter quem nimirum
qui ei consentiebant a populo, Christo
Jesu nostro ante adventum ejus
sepulti sunt, ad judicium mortis
traditi; sed cum adventare ipsorum
Aga, id est Christum, ad ejiciendos
horrida daemones.

Sed Dionysius ad an.
205. §. 51 et seqq.

44) Gallus Alexandrinus, et alii n. 43 citati. et
Metaphrastes apud Surium ad 29. Augusti utram-
que causam ceteris Zacharia affert. Clariores ex
Judaeis audiebant a eo, Regem creata natura ad
humanam venisse generationem. Mota ergo, ne
Regi parerent, una nocte in templum irruentes,
in conspectu (proh dolor) altaris occidunt Zacha-
riam ..... Aliud quoque traditur, non minus
sceleratum, quod propter puerorum caedem ab Herode
factam, is quoque fuerit interemtus. Postquam
enim in omnem partem pervasit edictum, quod
jubebat interfici pueros in Bethleem simul et in mon-
taris -- tunc quaerebatur quidem filius quoque Za-
charia ad caedem, utqui nuper esset natus. Non
inveniebatur autem. Etenim quomodo fortasse ju-
bebatur fugere in Aegyptum cum Maria et puero,
ita etiam Elisabeth quandam speluncam ingressa
cum infante, in ea habitabat. Quoniam ergo in-
fans ab eis apprehendi non poterat, totam iram in
qui puerum quaerebant, effundunt in Zachariam;
et cum in templo invenissent (etenim rursus vice
sua attendebat altari incensi) interfecerunt celan-
tem filium. S. Zacharia corpus, posse